Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Genesis

putas ne centenario nascet filius
et sara nonagenaria pariet. Dixit
que ad deum. Vtinam ysmahel uiuat
coram te. Et ait deus ad abra
ham. Sara uxor tua pariet tibi
filium uocabis que nomen eius ysaac
Et constituam pactum meum ui
fedus sempiternum. et semini eius
post eum. Sup ysmahel quoque ex
audiui te. et benedicam ei. et auxe
et multiplicabo eum ualde. Duode
cim duces generabit. et faciam illum
crescere in gentem magnam. pactum
meum uero statuam adysaac quem
pariet tibi sara tempore isto in anno
altero. Cumque finitus esset sermo lo
quens cum eo. ascendit deus ad ab
raham. Tulit autem abraham ysma
helem filium suum. et omnes uerna
culos domus suae. uniuersos que quos eme
rat cunctos maares ex omni uiri
domus suae. et circumcidit carnem preputii
eorum. Statim in ipsa die sicut prae
ceperat ei dominus. Abraham nona
ginta nouem erat annorum quando
circumcidit carnem preputii sui. Ysma
hel filius eius. xiii. annos implen
erat tempore circumcisionis suae. Eo
dem nocte circumcisus est abraham
et ysmahel filius eius et omnes uiri
domus illius tam uernaculi quam empti
ci. et alienigene pueri circumcisi sunt

XVIII

Apparuit autem
ei dominus in ualle mam
bre sedenti in ostio tabernacu
li sui in ipso feruore diei. Cumque leu
asset oculos. apparuerunt ei tres uiri
stantes prope eum. Quos cum uidisset
cucurrit in occursum eorum de ostio
tabernaculi sui. et adorauit in terra
et dixit. Domine si inuenio gratiam
in oculis tuis ne transeas seruum tuum
sed afferam paululum aque. et lau
entur pedes uestri. et requiescite sub
arbore. Ponam que buccellam panis
et confortetur cor uestrum. postea tran
sibitis. Id circo enim declinastis ad ser
uum uestrum. Qui dixerunt. fac ut
locutus es. festinauit abraham in ta
bernaculum ad saram. dixit que ei. Ac
celera tria sata farine commisce. et fac
subcinericios panes. Ipse uero ad ar
mentum cucurrit. et tulit inde uitu
lum tenerrimum. et optimum. dedit que
puero. Qui festinauit et coxit eum.
Tulit que butyrum et lac. et uitulum quem
coxerat. et posuit coram eis. Ipse uero
stabat iuxta eos sub arbore. Cum que
comedissent dixerunt ad eum. Vbi est
sara uxor tua. Ille respondit. Ecce in
tabernaculo est. Cui dixit dominus.
Reuertens ueniam ad te tempore
isto uita comite. et habebit filium sara
uxor tua. Quo audito sara risit post
ostium tabernaculi. Erant autem
ambo senes procedente que etate. et desie
rant fare fieri muliebria. Ridet que risit
occulte dicens. Post quam senuit et dominus
meus uetulus est. uoluptati operam
dabo. Dixit autem dominus ad abra
ham. Quare risit sara uxor tua dicens
numquid ergo paritura sum anus. Nun
quid deo est quid quam difficile. Iuxta
condictum reuertar ad te hoc eodem
tempore uita comite. et habebit sara
filium. Negauit sara dicens. non ri
si timore perterrita. Dominus autem ma
dsion est ita sed risisti. Cum ergo surre
xissent inde uiri direxerunt oculos
contra sodomam. et abraham simul